



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 78. Articulus VII. Factum Jansenii dogmaticum a Marechalo rebus dubiis
annumeratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

tantis, & defectus gratiæ necessariæ. Sæc. XVIII.

An Calvinus an Jansenius, an ullus A. C. 1722.
hæreticus negavit talem potentiam?

An possibilitas præceptorum asserta a Patribus & Conciliis nihil aliud exigit.

An ambulatio possibilis est ægroto, aut ligato ad columnam, quia abstrahendo ab ægritudine, & vinculo indissolubili, potest ambulare?

II. Impotentia *consequens, positionis, futurationis, libera & voluntaria*, quam iidem Professores agnoscunt in justo carente Delectatione cælesti superante terrenam, est revera antecedens; cum oriatur ex defectu gratiæ antecedente & ex concupiscentia determinante ad malum: non aliam etiam præcepti implendi impotentiam agnoscit Jansenius: & aliunde multiplicem præceptorum possibilitatem admittit in justo præcepta non implente.

§. LXXVIII.

ARTICULUS VII.

Factum Jansenii dogmaticum a Marechalo rebus dubiis annumeratum.

Hoc Facultas demonstratum ibat ex sequentibus propositionibus ex Marechalo decerptis. I. Dissert. 4. de Causa

Sæc. XVIII. Caussa efficiente increata q. 2. §. 2.
 A. C. 1722. Jansenius non reponit essentiam motionis in delectatione vitrici tollente libertatem, & si contrarium evincere tentes ex libro Jansenii de Gratia Salvat. dicas eum in eo non fuisse condemnatum, sic v. g. licet Calvinistæ admittant mysterium SS. Trinitatis, non ideo illud negandum a Catholicis. Idem tenuisse Jansenium opposuit Facultas ex lib. 3. de Grat. Salvat. c. 21. ubi ait: *objiciatur fortassis &c.* Hunc errorem eadem Facultas perstrinxit sequenti censura:

„Postquam summi Pontifices definirunt, quinque propositiones Jansenianas ex Augustino Jansenii esse excerptas, & in sensu ab auctore intento hæreticas, postquam Clerus Gallicanus in comitiis solemnibus has definitiones sæpius laudavit. Postquam his definitionibus universæ Ecclesie consensus accessit, D. Marechal. proposita sibi hac objectione, quod Jansenius reponat essentiam motionis in delectatione vitrici, respondet cum distinctione, cujus hoc est primum membrum, reponit essentiam motionis in delectatione vitrici tollente libertatem, transeat antecedens. Particula *transent*, hic apposita sine ulla necessitate, manifeste indicat, hunc „Pro-

„Professorem non credere factum Jan- Sæc. XVIII.
 „senii quoad tertiam propositionem, A. C. 1722.
 „præterea idem Professor, eandem
 „difficultatem sibi opponens sub his
 „terminis: Systema de Delectatione
 „vicitrici est Systema Jansenii, respon-
 „det cum distinctione, cujus hæc est
 „prima Pars, Systema de Delectatione
 „vicitrici necessitante est systema Jan-
 „senii, concedo antecedens, quia vulgo
 „dicitur, quod Jansenius propugnavit
 „hanc propositionem, ad merendum
 „& demerendum non requiritur liber-
 „tas a necessitate. Videri posset hic pri-
 „ma fronte confiteri factum Jansenii
 „quoad tertiam propositionem, sed a-
 „stutiam notate: Significat, se factum
 „illud admittere, non ex sententia pro-
 „pria, non ex vera persuasione, non
 „ob Ecclesiæ auctoritatem; sed ex opi-
 „nione vulgi, & tanquam factum va-
 „cillanti garulorum auctoritati innixum,
 „concedo antecedens, inquit; quia
 „vulgo dicitur, quod Jansenius pro-
 „puguaverit.,
 „Illa quidem particula: vulgo
 „deleta est in quibusdam exemplaribus,
 „sed in multis aliis integra permansit.
 „Quidquid sit de illa veritate, certum
 „est, lituram non mutasse mentem au-
 „ctoris, nec sensum distinctionis, in qua
 „includitur, ut cuilibet lectori patebit.,
 „His

Sæc. XVIII.

A. C. 1722.

„His præmissis, censet S. Facultas,
 „sententiam Domini Marechal nega-
 „tis aut dubitantis de dogmatico Jan-
 „senii facto post receptas Ecclesiæ de-
 „finitiones, esse insigniter temerariam
 „Ecclesiæ & summis Pontificibus in-
 „juriosam, schismaticam, præbentem
 „ansam renovandi ex integro Jansenii
 „hæreses & præsumptive hæreticam.
 „Qui enim factum dogmaticum alicujus
 „libri hæretici ab Ecclesia solemniter
 „definitum negat, aut de eo dubitat,
 „jure meritissimo præsumitur illi hæ-
 „resi in eo libro damnatæ suffragari,
 „nisi forsitan aliunde constaret, ipsam
 „dogmati Catholico firmiter inhærere,
 „quod sane adeo non constat de D. Ma-
 „rechal, ut potius evidens sit, ipsam
 „tertix propositioni Jansenianæ adhi-
 „cētissimum esse.,

„Quod ajunt, D. D. Lengrand & Ma-
 „rechal, ut se a Calvino discernant,
 „hunc hæresiarcham docuisse, liberum
 „arbitrium a Deo motum non posse
 „dissentire si velit, sed habere se ut in-
 „animatum quoddam sub motione Dei
 „esse passivam, qualis est in baculo
 „non vero activam, quæ cooperetur Deo
 „moventi: Et rursus, Calvinum non
 „admisisse cum præmotione physica po-
 „tentiam ad oppositum activam de-

„proximam, sed passivam dumtaxat &
 „remotam, qualis est in ligato ad cur-
 „rendum, sic ut homo a Deo motus
 „nihil cooperetur Deo excitanti, quod
 „inquam, ajunt, est falsissimum & ca-
 „lumniosum, juxta eorum sensum seu
 „Systema de libertate & delectationi-
 „bus indeliberatis. Etenim Doctrinam
 „suam a Calviniana hic discernere ne-
 „queunt, nisi ipsi tribuendo, quod ne-
 „garit, hominem sub gratia Dei agere
 „& cooperari vere, physice, realiter,
 „secundum inclinationem & ad actum
 „rationis. Quod autem Calvinus hoc
 „non negarit, tam certum est, ut in
 „dubium revocari nequeat: vide supra
 „illustriissimum Cameracensem Stephe-
 „num Deschamps & Joannem le Porcy
 „Oratorii Jesu Presbyterum 1. Parte
 „cap. 54. pag. 310. tentarat & Janse-
 „nius, se a Calvino discernere eodem
 „modo, quo D. D. Lengrand & Mare-
 „chal, sed conatu prorsus inani, quem
 „omnes Catholici exploserunt. Cum
 „igitur hi Professores non aliter de vi-
 „movendi gratiæ sentiant quam Jause-
 „nius, ipsi pariter explodendi sunt.
 „Sed quid ad Tridentinum Sess. 6.
 „Can. 4. En legitima ejus expositio,
 „Calvinus docuerat sicut & Lutherus,
 „hominem necessitari non tantum in-
 „primis gratiæ motibus, qui indelibe-
 „rati

Sæc. XVIII.
 A. C. 1722.

Sæc. XVIII. „rati dicuntur, sed & in omnibus lib
 A. C. 1722. „sequentibus, qui juxta Doctrinam Ca
 „tholicam sunt deliberati. Cum autem
 „qui necessitatur, censeatur in sensu
 „moralis agi potius quam agere, quia
 „non sic se movet, ut in contrarium se
 „movere queat, hoc sensu asseruerunt
 „Lutherus & Calvinus, liberum arbitrii
 „motum & excitatum nihil co
 „operari assentiendo Deo excitanti, et
 „que vocanti, quoad obtinendam ju
 „stificationis gratiam se disponat, et
 „præparet, neque posse dissentire
 „velit, sed veluti inanime quoddam
 „nihil omnino agere, mereque passivum
 „se habere: Et hoc juxta antiquorum
 „Scholasticorum sensum, seu loquentium
 „modum, quibus causa censebatur
 „habere se mere passive, ubi motionem
 „necessitantem recipiebat, hunc igitur
 „sensum gratiæ necessitantis non tra
 „tum ad primos motus, sed etiam ad
 „reliquos subsequentes in Lutero &
 „Calvino damnavit Tridentinum Con
 „cilium citato, non vero hunc sensum
 „quod homo sub gratia non ageret phy
 „sice & realiter secundum inclinatio
 „nem & ductum rationis, de quo nullus
 „prorsus erat quæstio; cum speciatim
 „Calvinus in omnibus suis lucubrati
 „onibus, & nominatim in sua Instituti
 „one protestaretur, inculcasset, et
 „propterea

„prope ad nauseam ingeminaret, ho- Sæc. XVIII.
 „minem sub gratia liberum esse a co- A. C. 1722.
 „actione, illum agere velle, non habere
 „se instar lapidis. Idque Augustini Te-
 „stimoniis confirmaret, ac aliter sen-
 „tientem pro hæretico haberet. Hinc
 „12. Inst. cap. 5. n. 11. non dicit sim-
 „pliciter, hominem habere se passive
 „sub gratia, sed cum particula dimi-
 „nuente, ut ita loquar, tenenda est, in-
 „quit, Pauli Admonitio, dum fideles
 „jubet operari salutem suam cum ti-
 „more & tremore, quia Deus est qui
 „operatur & velle & perficere. Agendi
 „quidem partes illis assignat, ne indul-
 „geant carnis torpori, sed metum & sol-
 „licitudinem præcipiens, sic eos hu-
 „miliat, ut meminierint hoc ipsum
 „quod agere jubentur, proprium esse
 „Dei opus. Quo differte exprimit,
 „passive, ut ita loquar, agere fideles,
 „quatenus e cælo suggeritur facultas,
 „ut nihil sibi prorsus arrogant. „

„Ex quibus patet Professores Re-
 „gios non posse a Calvino se discernere,
 „nisi illum calumniando, seu illi tri-
 „buendo sententiam absurdissimam, a
 „qua semper alienus fuit. Jansenio pa-
 „riter imponit D. Marechal, dum ne-
 „gat illum reposuisse naturam motionis
 „in delectatione victrici causante ele-
 „ctionem creaturæ. Item dum negat
 „Sy-

Sæc. XVIII. „Systema de delectatione victricis de
 A. C. 1722. „terminante per modum liberi, esse Sp

„stema Jansenii, quamvis enim confitetur
 „Jansenium revera non agnovisse in be-
 „mine lapso facultatem eligendi, neque
 „gratiam determinantem per modum
 „liberi, non minus tamen illas expres-
 „siones usurpavit, nec minus illas gra-
 „tiæ accommodavit quam D. D. Le-
 „grand & Marechal, ut patebit legentibus
 „Parallelum respondens articulo quarto
 „Cum igitur Professores Primarii non
 „possint quoad rem, se discernere
 „Jansenio circa tertiam propositionem
 „& aliunde Jansenius conveniat cum
 „ipsis in usu vocabulorum, quibus gra-
 „tiæ tribuitur vis causandæ electio-
 „nis & determinandi per modum liberi
 „non potest D. Marechal salva Justitia
 „Jansenio aliam doctrinam attribueret
 „hac in parte, quam quæ fuit ab ipso
 „& collega suo in prælectionibus pub-
 „licis tradita. Id satis advertit ipse
 „Marechal: nam postquam negavit
 „Jansenium reponere naturam motus
 „in delectatione victricis causante elec-
 „tionem creaturæ; illico & immediatè
 „subjungit, si contrarium evincere te-
 „retur ex libro Jansenii de gratia Salva
 „toris, dicas eum non fuisse in eo con-
 „demnatum, sic v. g. licet Calvinista
 „admittant Mysterium SS. Trinitatis.

„non ideo illud negandum a Ca-
„tholicis. „

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

„In similibus exemplo prævit Jan-
„senius : nam 1. frustra & calumniose
„Doctrinam suam a Calviniana secer-
„nere conatus est. 2. Cum prævideret
„Systema suum de gratia & concupi-
„scentia necessitante, item de morte
„Christi ad prædestinatorum salutem
„restricta, revocandum esse ad hære-
„sim prædestinatianam, negavit factum
„illius hæresis adversus testimonia om-
„nium fere eruditorum, quorum aliqua
„ipse citat. Non ignoramus, Mau-
„guinium, Contensonium & quosdam
„Lectores Novellæ Jansenii opinioni
„postmodum accessisse, sed etiam sci-
„mus illis refragatos esse Cardinalem
„Capisuccum, Cardinalem Norisium,
„Sirmondum, Natalem Alexandrum
„Piccinardum &c. Hæc tamen est di-
„sparitas inter factum hæresis Janse-
„nianæ, & factum hæresis Prædesti-
„natianæ, quod illud ab Ecclesia solem-
„niter definitum fuerit, non vero al-
„terum. „

§. LXXIX.

*Facultatis Duacensis annotatio ad
hunc articulum.*

B b 3

Plu-